



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid nos excludat extra vnitatem Catholicam. tit. 199

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Eucharistia, i. Corinth. 10. Vno verbo reconciliantur & absoluimur. Omnia cætera sacramenta ad unitatem promouent. Ideò Ephe. 4. inquit Apostolus: liciti seruare unitatem in vinculo spiritus: Vnde Deus, vna fides, &c. Non est ergo res fidei & humana, sed à Deo præcepta & ordinata: Ideò extra illam nihil prodest ad salutem. Nihil à Deo accepatur, Gal. 5. Sectæ regnum Dei non consequentur, &c. Ergo nec habebunt remissionem peccatorum extra unitatem. Omnia sacramenta habent efficaciam propter unitatem. At qui illis uitetur contraria, ritatem is nedum sine fructu accipit, sed etiam peccat, &cætera.

*QVID NOS EXCLUDAT
extra Ecclesiam Catholicam.*

TITVLVS CXCIX.



Otandum primò, quod extra Ecclesiæ non locant, nec hæreticum faciunt & schismaticum opera carnis, que recenset Apostolus Gal. 5. i. Corint. 6. Ephes. 5. Nam multi qui sunt intra Ecclesiæ & Catholici, carnales sunt, & carnaliter vivunt in superbia, luxuria, auaritia, vsura, &cæter. comediatone, ebrietate, & neq; illis proderit, quod sunt in Ecclesia, nisi pœnituerint. Nam qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt, i. Corint. 6. Roman. 8. Si secundum carnem &c.

Secundò, extra Ecclesiam duo nos excludunt, error vel falsa fides circa sacramenta atque opera, sub. indè pertinacia & contemptus contra Ecclesiam, id est, nolle audire & obedire Ecclesiæ de primo dicitur, Tit. 3. Hæreticum hominem deuita, quia subversus est, id est, perperā interpretatur scripturā & fideli doctrinā, & proprio iudicio condemnatus est, sicut

feruus nequam, ex ore proprio, Matth. 25. Ideò tales fugere, qui non consentiunt nostrę doctrinę, & nos willis separare iubet Apostolus, 2 Thes. 3. Paulus, Et Ioannes, 2. Ioan. 1. Ideò tales semetipsoſ primo locat extra Ecclesiam, qui posteà per iudicem tales deuinciantur, negare sacramentum Eucharistiax, baptismum paruulorum, remissionem peccatorum : neque, quia sanguine Christi iustificamur, &c. hæc faciunt hæreticum, &cæt. Proindè aliud est peccare Catholicum, per peccata carnis, Galat. 5. Et aliud, se locare extra ecclesiam, licet ambo damnentur si sine penitentia manserint.

Secundò , Extra Ecclesiam se locat contumax per inobedientiam contra ecclesiam vel prælatos, Matt. 11. Qui Ecclesiam non audiērit, sit tibi tanquam ethicus, i. ille ex Christiano sit paganus. Nam hæc duo conseruant Ecclesiam, Vniformitas fidei, & obediens. Ergo qui hic non obedit, extra ecclesiam se locat: Qui enim potestati resistit, Dei ordinationi resistit, Rom. 13. Non igitur violatio traditionū humana num facit hæreticum, manentem tamen in vnitate Ecclesiæ, sed extra ecclesiam ex contemptu hæretico contra superiores eas violare est peccatum. Timere debemus Magistratum etiam propter conscientiam. Violatio ergo præceptorum humanañ, habens secum hæreticum contemptum, facit hæreticum , & locat intra ecclesiam, i. contemptus ille, non solù violatio. Tertiò, Augustinus Epistola 48. Multi putant nihil interesse, ybi Christi fides teneatur, vel extra vel intra Ecclesiam, sub sesta aut Catholica vnitate colatur Deus, modò DEVS honoretur, modò fides in Christum habeatur: nihil est de vnitate Ecclesiæ. Respon. Si hoc verum esset, frustra Paulus & scriptura admonerent fugere schismata , 1. Corinth. 1. Rogo propter nomen Domini nostri Iesu Christi, nè sint in vobis schismata, & Romanorum , 15. Rogo patrem, vt det vobis

G G g 4

vobis

vobis vno ore & corde Deum honorificare, &c. Cui ad Gala. 5. dicit, Seſtæ regnum Dei non conſequuntur, ſi idem eſt, extra aut intra Eccleſiam colere. Vnde Christus vnum ouile, Ioan. 10. Credo vnam Eccleſiam Catholicam, vnum Deum, Ephes. 4. Non ergo idem eſt, extra aut intra Eccleſiam colere Deum, Paulus omnia reiicit, quæ non ſecum habent charitatem, id eſt, vnitatem, 1. Cor. 13.

*AD SCHISMA TRAHERE ET
ſollicitare Catholicum, an ſit peccatum.*

TITVLVS CC.



RIMÒ. Doctores facri ex ſcripuraſta. cris docent, quod prædicatio & ſollicitatio à fide & obedientia Romana, quæ erit ante nouiſſimum diem, eſt grauium peccatum, grauius idolatria, & grauius omni furto rei temporalis, grauius homicidio corporali. Primo, illa ſollicitatio à fide Romanæ Eccleſiae, & obedientia Romani imperij, à Paulo eſt prædicta, 2 Thessa 2. Non veniet filius peccati, id est, Antichristus, niſi primū ſacta fuerit diſceſſio, Et Christus, Matt. 24. Multi ſurgent pseudoprophetæ, &c. dicentes, Hic eſt Christus &c. Et Paulus 1. Tim. 4. Spiritus dicit maniſteſtè, quod in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide. Ergo ergo illa prædicatio & ſollicitatio ad schisma prædicta eſt. Sed eſt peccatum peius idolatria. August lib. 1. cōtra Donatistas cap. 8. Ex illatis pœnis, grauitas peccati agnoscitur. Idolatriam puniuit Deus gladio, Exo. 32. ſed schisma in audita plaga, id eſt, hiatu terræ, Num. 16.

Secundo, Peius peccatum omni furto rei temporalis, quia tollit gratiā acceptam in baptismo, que nobilior omni re temporali, Mat. 16. quā cōmutatio-

nem da

dimiſſa

Sathar

nouifſi

z. Solici

tate d

Sulſan

b. De

purē v

Te

hacau

Dein

pedeſ

ſecta

in var

& hor

Sec

tatum

bus,

Quid

bum

quid

Dona

Si ro

ne De

ſetiza

recep

Luca

ethis,

mūs,

nus v

habe

fana

tiftia